



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

diis, seu rationibus notab.

5 Fallit etiam quando procedit monitio fraterna, & hoc ad excitandum iudicis officium ad inquirendum de vitis contra clericum, secundum opin. Bal. in d. c. ex parte de testibus, & ibi Felin. parum post. nu. 2. quod tu & obserua.

6 Fallit etiam in omnibus illis casibus, in quibus laycus potest accusare clericum de crimine criminaliter, ut si suam uel suorum iniuriam prosequatur. ut de crimine hæresis, uel simoniæ; quæ consistit tam in dando quam in remittendo, secundum Abba. in c. ueniens. il primo. not. de testib. & ibi Felin. Sand. ac etiam potest consistere in sacramentorum necessariis, ut Felin. in c. dilectus. l. de simon. quando sacramenta spiritualia gratis non ministraret, sed aliquid ex pacto acciperet, quia presbyter debet omnia sacramenta subministrare infirmo, nec aliquid ex pacto capere. Felin. in c. suam. not. 2. de simon.

#### REGULA LV.

1 Legatarius non tenetur stare colono. glos. est in fundum in uersu. qui fundum, & l. si. merces. §. i. ff. locat.

1 Fallit hæc regula quando conductor habet omnia bona defuncti obligata pro obseruatiã contractus ut Bar. emptore. nu. 2. C. locat. Guido. Papa deci. 480. incip. cau. & Castr. & Saly. in d. l. qui fundum. nu. 3. ff. locat. Rom. in l. cum filiofa in §. si uir in quinquennium. nu. 1. & Alex. nu. 4. ibi. ff. sol. matr. & Ias. in l. filiusfam. §. diu. nu. 92. in rep. primæ lect. ff. de leg. i. Castr. in l. nihil. §. u. tam ff. eod. titulo.

2 Fallit 2. quando colonus haberet ius in re, uel ratione melioramentorum, uel ex aliquo alio prætenso iure, ut interesset. ut l. in uenditione §. si quis fructus. ff. de bon. auct. iud. possiden. Guido Papa deci. 480. nu. 2. & com. 129. processus.

3 Fallit 3. nisi ex forma legum, uel consuetudinis alter se haberet. ut Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratribus §. 2. nu. 8. q. 2.



6. par nu. 15. uerfi. 14. quæro. Ratio est, quia ea quæ deducta sunt in consuetudine uidentur deducta in conuentione. l. circa. C. locati. & l. quod si nolit §. qui assidua. ff. de edict. edict.

### REGULA LVI.

1 Legatum annuum potest præstari pro annis futuris per legat. in l. i. C. de fideicom. & pro præteritis peti etiam potest, in eadem specie in qua debetur, iuxta tex. in l. si certis annis. C. de pact. & ibi Ang. in sua repet. & Bar. in l. i. C. de sacrosanct. eccle. Ita Guid. Pap. q. 576. nu. 5. 6. ratio est, quia aliud pro alio inuito creditore solui non debet.

1 Fallit hæc regula in annona specierum in annis præteritis exigenda, quia præstatio rerum spiciariæ pro annis præteritis potest peti in pecunia numerata tex. est in l. nullo. C. de erog. mil. anno. l. xii. quod not.

1 Fallit etiam quando res est legata. ut ex ea recipiatur annuus redditus, quia eo tunc uideretur res ipsa legata & non redditus. l. si fundum per fideicom. nu. 23. ff. de leg. i.

1 Fallit etiam si non potest consequi ab hærede, & per eum non sterit. Ita notabil. Ias. in l. fideicommissum. nu. 3. ff. de legat. i. & ibi Bal. in d. l. & in l. si non remunerandi §. h. ff. mandat cum aliis ibi allegatis.

### REGULA LVII.

1 Legatum factum per maritum uxori de omnibus uestibus quas habet domi. an ueniant uestes existentes pœnes futorem. Tu tene, quod sic. Ratio quia destinatione mariti erat. ut perfectæ domum reducerentur ad beneficium uxoris. Ita respondit Bar. in l. ex facto §. rerum. nu. 2. ff. de hæredib. instit. crem. sing. 64.

1 Fallit 1. quando uestes essent prohibitæ portari. ex forma statuti, uel ex decreto principis. Ita Bar. in l. quamuis. nu. 3. ff. de aur. & arg. leg. licet Bal. teneat quod extimatio debet.